Mariti sui totaliter et plenarie devolveantur. His fuit personat praesentibus Recognitioni ad praemissa mediantibus.

Feria Tertia in Crastino Festi Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

30/VI

Terlecki Olechnowicz Testamentum approbat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Georgius Terlecki Olechnowicz, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Dispositionem Testamentariam Vltimae Voluntatis suae, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Dispositione Testamentaria contentarum de Actu et Data ipsius in Terlo Die Vigesima Sexta Iunii Anno praesenti confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentis et Ge-

150

1786

nervsi Joannis Laskowski propriis subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Dispositionis Testamentariae ultimae voluntatis suae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, ligamentis, ac nexibus generaliter omnibus approbat, roborat, confirmat et ratificat, submittendo Successores suos, Executores eiusdem Dispositionis Testamentariae in satisfactione eidem Dispositioni suae Testamentariae, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit Dispositionem praefatam Testamentariam ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam dispositionem Testamentariam eiusdem in se referendo Iidem sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et educendis per suos vero Successores atque Executores eiusdem Testamenti sui ob non completionem contentorum Dispositionis praefatae Testamentariae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis eiusdem Dispositionis Testamentariae non completa complenda Citati existentes, uti Executores praefatae suae Dispositionis Testamentariae aut eorum Successores coniunctim vel divisim ad instantiam quorumvis Legatariorum in eadem Dispositione Testamentaria sui Recognoscentis specificatorum aut eorum Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex inscriptione supra scripto, quoad memorati sui Successores

1787

respondendum spectat mediante, semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri pa-
rere, respondere, Damna praefata Terrestria simpli-
citer taxata Iuxta Inscriptioni praesenti satisfacere
ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, Suc-
cessoresque suos et Executores eiusdem Dispositionis Te-
stamentariae suae ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesentibus, illum Terminum primum perempto-
rium et alios omnes exinde consequentes Causae eius
Termino semper peremptorios, Vera infirmitate, pro
maiori, Minorennitate Successorum, Legatione intra
vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta,
ad Euictorem, vel aliis quibusuis Dillationibus et lega-
libus impedimentis non differendo, ad quietationem
Praeterea Ultra praesentis Officii praefati Castrensis
Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi
non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes
ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia
Poenis simplicibus, vel triplicatis, Euasionibus, Suspen-
sionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri bello,
Conuentioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et
defensiis non subterfugiendo nec modo alio quovis
euadendo. Hac sua praesenti personali Recogni-
tione ad praemissa omnia mediante.

Jaworski alteri cedit. 150

Comparens personaliter coram Officio et Actis prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Georgius Jaworski Dubik, olim Nobilis Iwan
Jaworski Dubik filius, sanus mente et corpore.